Winnicki Radziewicz Uruskiemu obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Thomas Winnicki Radziewicz Sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subjiciendo palam libere publice ac expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet decem sulcos agri in Sorte Mielkowiaz in bonis villae Bilina magna Terra et Districtu praesenti Premisliensi iacentes et consistentes cum omni praemissorum Jure dominio proprietate titulo obligatorio cumq omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus attinentiisq et pertinentiis generaliter universis nihil ex praemissis Juris dominii proprietatis ac cuiquis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq successoribus aut quipiam alio reservando seu excipiendo verum prout praemissa omnia et singula ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsaq concernebant ac eidem legitime serviebant. Jam ex nunc et de facto Nobili Hrehorio Homickowicz Uruski eiusq posteris in summa Triginta florenorum polonicorum iam per se Recognoscentem levata hinc et ab Actu praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate ventorum incidens et in defectum bonorum eorundem exemptionis summaq suprascriptae Triginta florenorum

Florentinam polonicalem totalis et integrae realis persolutionis extunc
ad aliud simile festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post
unum Annum proxime venturum incedens et sic consequenter de
Anno ad Annum Festo ad Festum Annis et Festis sese continue
et immediate sequentibus usque ad Exemptionem bonorum eorundem summaque
suprascripta totalis et integrae realem et effectivam persolutionem
obligavit inscripsit et invadiavit prout obligat inscribit et in
vadiat per praesentes. In quaeque idem bona suprascripta praesentibus
obligata praemissaque omnia per praesentes invadiata idem suprascriptus
Recognoscens Nobilis Winnicki Radziewicz memorato Nobili Vruski
Obligatario suo eiusque posteris iam ex nunc et de facto coram Officio prae
senti dat et admittit realem Intromissionem et Actualem pacificamque possessio
nem per Ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles duos die quacunque
voluerit officiose acceptandam per ipsum Nobilem Archorium Vruski Cho
mickowicz Obligatarium suum eiusque posteros haec eadem bona suprascri
pta praesentibus obligata praemissaque omnia per praesentes invadiata cum
universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et pingatiua qua
uis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruen
di ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usufructus li
bere et effectualiter convertendi modo ac iure obligatorio. Debetque et tene
bitur memoratus Recognoscens Nobilis Winnicki Radziewicz prout se
ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque
pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascripto Nobili Archorio
Vruski Obligatario suo eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus
ipsum et eius successores in dictis bonis praesentibus obligatis et ratio
ne eorundem omnium ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunque
personarum cuiuscunque Conditionis status et sexus cuiusvis existentium exo
rnunda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fue
rit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemque cum po
steris

Revisum

posteris reddere nec non hac eadem bona praesentibus obligata pro
missaq omnia per praesentes invadiata ab omnibus in genere Juribus
et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona obliga
ta cuius personarum modo quocunq factis et faciendis tum etiam a
quibusvis citationibus in eadem bona importatis et importandis Lucris
denique et Perlucris Praesessibusq Juris quibusvis in quocunq puncto et
gradu Juris dependentibus et in quovis Judicio et Officio Regni
obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus obligatis
modo quovis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq
et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio
praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus obligatorum
dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denega
re imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere
dataq et admissa eadem possessionem et usum fructum praemissorum omnium
quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordi
natas personas non praepedire nec adimere ipsumq obligatarium suum
et eius posteros in praemissis omnibus nulle modo iniuriari ita ut eadem
bona praesentibus obligata praemissaq omnia per praesentes invadiata cum uni
versis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaq et praero
gativa quavis eidem Obligatarius suus suis cum posteris
quiete et pacifice praesentibus inscriptionis obligatoriae vigore tenere ha
bere et possidere queat illisq utifrui possit usq ad exemptionem
summaq suprascriptae totalem et integram persolutionem Idq sub
vadio summae Triginta florenorum polonicalium per eundem Reco
gnoscentem Nobilem Thomam Winnicki Radziewicz suae eius
successores praenominatus Nobili Archeno Vrusvi Chomie Vernic
Obligatario suo an eius posteris ob nem completionem praemissorum omnium
et singulorum tam in toto quam in quavis minima parte toties quo
ties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio
modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali

964

ex Commissis non Completa Complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Thomas Winnicki Radziewicz sive eius posteri ad instantiam pronominati Nobilis Hrehori Vruski Chomiekowicz sive eius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Vocatum praetactum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra regnum servitio militari ad munimenta ad Eiuctorem vel alius quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ad praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri Bello Conventionoque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vruski Chomikowicz, Bilinskiemu Statylowi cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Hrehori Vruski Chomikowicz olim Nobilis Petri Vruski Chomikowicz filius sanus mente.